

# DISSERTATIO DE SUPPLICIIS, QUORUM IN SACRA SCRIPTURA MENTIO.

**Q**UAE Lectorem faciat in hac nostra dissertatione, attentum, non una est argumenti novitas. Religionem etenim defendimus contra detortas pravo consilio Judaeorum interpretationes; tum & lucem afferrimus iis suppliciorum generibus, quibus Jesus Christus, & inlyti quidam Veteris Testamenti Viri martyrium consummarunt.

Plura quidem fuerant suppliciorum genera tum apud Hebraeos veteres, cum apud omnes in universon Paganos, quorum quidem usus sive rarior modò, sive profusus non obtinet. Solebat enim in crimina animadverti carceribus, vinculis, cruce, lapidibus, gladio, flagellis, igne, equleo, fragminibus testarum, ollis succensis, rotis, aliisque hujus generis sexcentis. Non raro etiam animalium pedibus fontes proculcabantur, sub spinis quandoque atque molis triticis conficiebantur; ne quid impraesentiarum memorem exilia, exterminia & excommunicationes Hebraeis peculiares.

Si Judaeorum Doctoribus major esset fides & autoritas, ab eorum quidem de vetustis Judaeorum suppliciiis sententiâ recedendum non duceremus. Fusè illi de hoc argumenti genere differuerunt, latius singula diducentes crimina, quae singulis suppliciorum generibus, juxta Legis praescriptum, expiantur, minime interim silentio prementes qua singula ratione & apparatu inhingerentur. Verùm quidquid ab illis asseritur suspiciosum est adeo; ut mirari prorsus subeat viros alioquin eruditos non defuisse, qui illorum commentis fucum sibi fieri permiserint [a].

a Vide Casaub. Exerc. in Baron. Selden. de Syned. l. 2. c. 13. Schikard. jus Reg. &c.

Quamquam autem in hoc argumenti genere errores minimi esse momenti videntur, non deessent tamen Religionis Christianae obtrectatores, invidiam de illis in nostros creantes, nisi validâ refutatione eorum cavillationes praecoccuparentur. Neque Judaei pariter occasionem sibi oblatam omitterent, ut objectas à nobis de Jesu Christo in Crucem acto Prophetias eluderent, obtendentes Crucis supplicium, neque Patres suos usu recepisse unquam, nec nosse. Opponerent insuper nullam habere se in vernaculo sermone vocem, quae sive Crucem, sive spirantem adhuc hominem Cruci suffixum exprimeret. Siquis autem, adderent, apud nostros Crucis fuerit usus, hujus tantum erat defunctis

reorum corporibus suspendendis, non autem ut viventes cruciarentur. Quis, rogo, in animum sibi potuisset inducere, Prophetarum oraculo Messiam ad supplicium destinari à Judaeis; ad supplicium inquam, Judaeis ignotum, & nunquam apud ipsos usu receptum? Quis, quæso crediderit unquam, Dei Filium novum, & extraordinarium supplicii genus selegisse, aliud planè ab eo, quo fontes perimebantur; cum juxta Psalmum in passione sua ipse cum iniquis deputatus esse voluerit (b)?

b Luc. 22. 37.

Vana hæc sunt, fateor, Judaeorum blateramenta; quid ni enim Messias sibi novum & extraordinarium supplicii genus à Judaeis comparare potuerit? Ut Prophetarum fides constet, sat esset profectò, si paratum Jesu Christo supplicium Crucis dixerimus à Romanis Judicibus; quanquam ejus executio Judaeis imputaretur; quippe qui mortis sententiam à Pilato etiam invito extorserint. Ita planè omnia constarent.

Nihil tamen nobis in hac re Judaeis concedendum, quanquam possemus impunè. Quare illud edicimus, Jesum Christum eo mortis genere obivisse, quod antea Scripturæ oraculo prædictum fuerat; obtinuisse autem sustinemus apud Judæos, quemadmodum & apud alias gentes, ut fontes vivi agerentur in Crucem. Quando autem cætera in hanc rem nobis deessent, unum sufficeret Pl. 21. 17. oraculum: *Foderunt manus meas & pedes meos; dinumeraverunt omnia ossa mea;* hæc, inquam, apud equas, & omnibus præjudiciis vacuas mentes sufficerent. Psalmus enim apertissimè de Messia loquitur, ipsi fatentibus Judæis, nec sanè sententiam recenter adjectam fuisse totius antiquitatis consensus, qui integram recitat, quemadmodum & legitur in nostris Bibliis Græcis & Latinis, demonstrat. Paucorum sæculorum fraus est, qua Judaei recentiores, uno alterove exemplari corrupto, atque alterâ pro altera litera substitutâ Textum corruerunt, ut sit sensus: *Velut leo pedes meos; & manus meas, dinumeraverunt omnia ossa mea.* Manet tamen prior legendi ratio in quibusdam vetustis Hebraicis Bibliis, quorum sanè autoritas veterum Judaeorum consensu munita, tum sententiam nostram mirè confirmat, tum fraudes adversariorum confundit.

Neque oraculo minùs aperto Zacharias loquitur, cum spectaturos Judæos prædicat

c Zach. 12. 10. Vide & Jo. 19. 37. Apoc. 1. 7. d Pl. 118. 130. Septuag. Caltheoson.

e Matth. 10. 38.

f Matth. 16. 22. Vide & Mar. 8. 34. Luc. 9. 23. & 14. 27. g Matth. 16. 21. & 20. 19. & 26. 2. h Galat. 5. 24.

i Hebr. 6. 6.

k Num. 25. 4. l Josue 8. 29. m 2. Reg. 21. 9. n Jerem. Lament. 5. 13.

o Antiq. l. 13. cap. 22. p Gen. 40. 13. 19.

q Jun. Pisci. Grot. in Gen. 40. 13. 19. & Gloss.

r Ista est hebrosæba Vahaischa al Kanneba. s Iffaparbeeb, est hebrosæba Mealecha.

cit in suprema judicii die virum illum, quem clavis confixerunt (c): *Aspiciant ad me, quem confixerunt.* Ed spectans David rogat (d): *Confige timore tuo carnes meas, à judicis enim tuis timui.* Tandem Jesus Christus in Evangelio, & S. Paulus in Epistolis absolutam vitæ Christianæ rationem exhibent sub idea crucifixionis, quasi scilicet rei apud eas gentes exploratissime. Quis, pèto, Christi verba percepisset, suadentis, qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus (e): tum: *Si quis vult venire post me, tollat crucem suam, & sequatur me (f),* si nullus erat crucis apud Judæos usus? An enigmata loquebatur, Apostolis (g) prænunciatis, ire se Jerosolymam, ubi flagella sibi & crux imminerent? Quid Apostolus ad Judæos, monens: *Qui sunt Jesu Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitis & concupiscentiis (h);* tum & malos Christianos suggillans: *Rursum crucifigentes sibi metipsis Filium Dei (i);* ac tandem de se professus: *Mibi mundus, ait, crucifixus est, & ego mundo?* Hæc sanè omnia per tropos usurpata verba rem apud Hebræos, quemadmodum & apud alias gentes notissimam planè demonstrant.

### USUS CRUCIFIGENDI APUD JUDÆOS.

Sed opere pretium ducimus morem suspendendi in crucem homines, adhuc vivos, apud Judæos obtinuisse deducis eorum historis argumentis ostendere. Cultores Phegor (k), Rex Hai [l], posteri Saul Gabaoitis permitti (m), pueri, de quibus Jeremias, in crucem à Chaldeis sublati (n), omnes in cruce vitam abolverunt. Narrat Josephus, Alexandrum Regem Judæorum 800. viros optimates perduellionis reos, in crucem fuisse ante cruces verò uxores, & filios eorum jusse trucidari (o), quò supplicium miseris è cruce spectantibus augetur.

In Commentariis in Genesim (p) ex vulgata sententiâ, & Textu Septuaginta ac Vulgatæ ostendimus, Piftoem Pharaonis prius capite truncatum, deinde in crucem sublatum avibus escam præbuisse: *Auferet caput tuum, ac suspendet te in cruce, & lacerabunt volucres carnem tuam.* Si tamen originalis Textus sedulo excutatur, simulque cum aliis Textibus similia ferentibus comparatur, dubitatio laboritur in contrarium, nec peritissimi defunt Interpretes (q) contententes Piftoem illum, spirantem adhuc, in crucem actum fuisse, in qua tandiu defunctum corpus mansisset, quoad ab avibus discerperetur. Hæc litera Textus (r): *Joseph ad Pincernam Pharaonis ait: Tres adhuc dies sunt, post quos Pharao levabit caput tuum, & restituet te in gradum pristinum.* Ad Piftoem autem conversus somnium ita explicat (s): *Pharao levabit caput tuum super te, ac suspendet te in cruce, ubi lacerabunt volucres carnes tuas.* Utrique igitur prænunciat futurum, ut Rex eorum caput levet; sed huic pristinum honorem, alteri verò imminentem mortem denunciat; quare phra

sis illa *levare caput*, non est porro capite minuere, cum & de Pincerna nullo planè supplicio perimendo usurpetur. Nec est cur fatis esse discriminis suspicemur, quòd alteri dictum sit: *Levabit caput tuum;* huic verò: *Levabit caput super te;* si enim postremum hoc supplicium capitale designat; par erit alterius phrasim sensus, cum voces ille adjectæ *super te* merum exhibeant pleonasmum; quemadmodum in sermone vernaculo si quis diceret: *Abscindet caput tuum super te,* tantundem planè significaret, ac *abscindet caput tuum.* Alius igitur phrasim sensus querendus est.

Sæpè in Hebraeo *tollere caput*, seu *tollere summam* valet *censum* facere: *Quando tuleris summam*, nempe censum facies, filiorum Israel juxta numerum, dabunt singuli pretium pro animabus suis Domino (t). Expendendum modò, an fortè Josephi verba ita explicanda sint, ut cum censum eorum, qui in carcere detinentur, vel saltem Praefectorum aule Pharaonis instituerit, tunc & Pincernam libertati, & Piftoem debito supplicio tradiderit. Nihil hac interpretatione pronius, qua sanè omnis utriusque vaticinii repugnantia tollitur. Porro Praefectus carceris summa erat dignitas apud Aegyptios, Hebræos (u), & Romanos. Putiphar herus Josephi hanc obtinebat sub Pharaone (x). Jonathas Scriba, vel Sopher sub Sedecia Rege Juda (y). Apud Romanos carceris Praefectus, qui Commentariensis appellabatur, de reis sibi commissis respondebat, eorum numerum apud se habebat exactum, eosque singulis mensibus, cum ætate & crimine, de quò accusabantur, Judici repræsentabat (z). Parem credimus obtinuisse apud Aegyptios consuetudinem; quare die natali suo celebri Pharao postulato reorum catalogo, tum & criminum accusatione inspectâ, tempore carceris supputato, eorum caput tulit, nempe censum instituit, qua simul occasione Pincernam libertati, Piftoem supplicio tradidit.

Nostra huic interpretationi lux affulget exemplo phrasim non ab similibus ex Libro Regum deductâ. Joachim Rex Juda, in captivitatem à Nabuchodonosor deductus, & Babylonem translatus durum subire carcerem coactus est. Sed vitâ functo Nabuchodonosore, Evilmerodach rerum potitus nihil antiquius habuit, quàm ut Regem sibi amicissimum è carcere educeretur apud optimates suos honoratissimo loco haberet. Textus ad literam habet (a): *Sublevavit Evilmerodach caput Joachim Regis Juda, & de carcere eduxit; i. e. è censu captivorum, qui in custodia Praefecti carcerum detinebantur, educens libertati restituit.* Pari usus est indulgentiâ Pharao erga Pincernam; Piftoem verò à consortio quidem caterorum victorum revocavit, sed ut supplicio perimeret; quare *levavit caput ipsius*, nempe è censu caterorum subduxit, ut ad supplicium raperetur. Potest etiam originalis Textus ita reddi, quasi scilicet Pharao virum à consortio viventium removerit. Ita miserum hunc hominem inter eos habere possumus, qui cru-

t Exod. 30. 12. Vide & Num. 1. 2. 49. & 4. 22.

u 3. Reg. 22. 27. & 2. Par. 18. 26. x Gen. 39. 21. & 40. 4. y Jerem. 37. 14.

z L. de his, ff. de custod. reor. Nisi intra trigesimalum diem semper Commentariensis ingesserit numerum personarum, variatam delictorum, clausuram ordinem, etatemque vincitorum, officium viginti aurum librarum arario nostro jubemus inferre. a Reg. 25. 27.

cis supplicium viventes subierunt.  
 Plura etiam alia suppetunt exempla  
 tum in Scriptura, cum apud Prophanos  
 Authores. Aman, ejusque filii in eadem  
 cruce ad fuerunt, quas Mardocho, &  
 Judæis paraverant (b). Artaxerxes præcepit  
 eos omnes Chanaanitidis Præfectos, qui  
 operam suam in constructione Templi  
 Jerosolymitani negassent, in crucem ex  
 trabe ab eorum ædibus desumpta, agi (c).  
 Judæi quamplures, referate Philone  
 [d], crucis supplicio Alexandria perempti  
 leguntur. Alexander Magnus 2000.  
 Tyrios eodem supplicii genere absumpsit  
 (\*); eodemque passim in reos animadver-  
 sum apud Persas (e), Romanos, Ægyptios,  
 & Africanos. Africani autem mor-  
 rem à Phoeniciis, unde & genus, deriva-  
 verant, eundemque in plectendis fontibus  
 observabant præ cæteris gentibus frequen-  
 tius. Scitum est enim solemne fuisse apud  
 illos vel ipsos leones in crucem levare,  
 quò eorum aspectu & miseratione leones  
 coram adducti cicurarentur. Omnes au-  
 tem per Orbem gentes, quibus crucis sup-  
 plicium familiare erat, nonnisi viventes  
 suspendere noverant; quid igitur Hebræi  
 soli inter omnes defunctorum tantum cor-  
 pora crucifixerint; cum maximè gens ef-  
 fer savitiam, ac effundendi sanguinis avidi-  
 tate nulli secunda?  
 Nec tamen negare ausim commissum  
 fuisse aliquandò, ut necati antea fontes  
 deinde in crucem tollerentur. Ita Chana-  
 næi Reges à Josue debellati, ejus jussu  
 interfecti, in patibulum deinde seu in pa-  
 lum sublatis sunt (f). Sicarii Isbofeth ma-  
 nibus pedibusque truncati in crucem, jubente  
 Davide, juxta piscinam Hesebon adhi  
 sunt (g). Caput & manum Nicanoris  
 viri impij, qui eandem manum in Tem-  
 plum Domini levaverat, levati iusserunt  
 Macchabei (h) in palum è regione Je-  
 rusalem erectum. Antiochi Epiphaniis fa-  
 tellites collo & uberibus matrum filios,  
 circumfisione ab ipsis mulieribus initiatos,  
 suspendentes, præcipites deinde è moeni-  
 bus miseris egerunt (i). Julius Cæsar,  
 cum in Piratarum manus incidisset, im-  
 pavidus victoribus insultans, jactabat quasi  
 per ludum sese (k), libertati, si fors da-  
 retur, restitutum classe illos persequuntur  
 captosque adurum in crucem. Nec  
 promissis defuit; pretio etenim ab ea ca-  
 ptivitate liberatus, comparatâ classe atque  
 in Piratas invehens, prælio victos capitali  
 supplicio damnavit; quanquam humanita-  
 tis ab ipsis præstitite memor voluit, ut  
 ignominia & cruciatui ejus supplicii par-  
 ceretur; quare contra receptam apud Ro-  
 manos consuetudinem, neci tradi prius  
 quam in patibulo suspenderentur, impera-  
 vit. Tarquinius Priscus contrario planè  
 consilio quos violentas manus sibimet  
 intulisse compererat, eorum cadavera pa-  
 lo suspensa in escam bestiarum relinqui vo-  
 luit (l); ratus ejus rei ignominiam ab  
 infando scelere populum revocaturam. Pto-  
 lemæo Rege Ægypti paria Cleomenes pas-  
 sus est (m).  
 Rabbinorum narratione traditum est (n)

b Esther 7. 9. 10.

c Esdr. 6. 11.

d Philo in Flac.

\* Diod. Sic. l. 18. & Q. Curt.

e Vide Lips. de Cruce l. 1. c. 11.

f Josu. 10. 6.

g Josue & interfecti eos atque suspendit super quinque stipites, fueruntque suspensiusque ad vesperum.

h 2. Reg. 4. 12. h 1. Macc. 7. 47.

i 2. Macc. 1. 64. & 6. 10.

k Suet. in Jul. c. 74.

l Plin. l. 36. cap. 15.

m Plutarch. in Cleom.

n Halac Saubedr. c. 15.

post confectos lapidatione reos, frigida  
 eorum cadavera manibus alligata in elato  
 patibulo suspendi ad vesperam usque con-  
 suevisse; demum deposita, inquit, an-  
 te Solis occasum sepultura tradebantur,  
 juxta præscriptum Legis (o); Quando pec-  
 caverit homo, quod morte plectendum est,  
 & adjudicatus morti appensus fuerit in pa-  
 tibulo, non permanebit cadaver ejus in li-  
 gno, sed in eadem die sepelietur. Quia  
 maledictus à Deo est, qui pendet in ligno.  
 Ita planè servatum est in Rege Hai, quin-  
 que Regibus Chananeis (\*), ac tandem  
 in Jesu Christo, geminisque latronibus,  
 ante noctem incuntem sepultura tradi-  
 tis (p).  
 Accidit interdum, cum maximè specia-  
 lis quædam criminis ratio postularet, ut  
 horrore ingerendo plurium dierum, quin  
 & mensium spatio suspensa in patibulo ca-  
 davera relinquerentur; quod factum legi-  
 mas à Gabaonitis cum filis Saul in sup-  
 plicium sublatis (q); eodemque spectasse  
 credimus Sapientem (r) in illo: Oculum  
 qui subannat patrem, & qui despicit par-  
 tum matris suæ, effusiant eum corvi de tor-  
 rentibus, & comedant eum filii aquila. Ve-  
 teres etiam si quando aliquem ad suppli-  
 cium depocebant, clamitare soliti erant:  
 Ad corvos. Et Horatius l. 1. Epist. ad Curt.  
 Non hominem occidi. Non pasces in cruce  
 corvos.  
 In hunc sensum Joseph ad Pistorum Pha-  
 raonis loquutum supra adduximus: Sus-  
 pendet te in cruce, & laverabunt volucres  
 carnes tuas. Interdum appositis militibus  
 à furtiva corporum rapina miser illius ho-  
 minis in patibulo suspensi, necessarij arce-  
 bantur (s). Nota est historia Matronæ Ephe-  
 siæ (t). Regi Lyfimaco crucem minitanti  
 Theodorus Cyrenius respondit, eo certè  
 minarum genere terreri Aulicos potuisse;  
 sibi verò perinde esse, humi ne aeri ex-  
 positus computresceret (u).  
 Nomen crucis sive vernaculo, sive La-  
 tino sermone nonnisi peculiare supplicii  
 genus designat; quod variam licet diver-  
 samque figuram obtineat, semper tamen  
 in superiore sui parte, vel in media, vel  
 saltem parum infra verticem, ab altero  
 transverso ligno decussatur, qua in re  
 supplicium illud à cæteris altis satis di-  
 stinguitur. Sed Græcum stauros non sem-  
 per pro eodem usurpatur; non rarò enim  
 stipitem, palum, terminum designat, sicut  
 etiam Hebræa vox (x), quæ cruci re-  
 spondet, adhuc magis in incertum vagatur,  
 cum lignum, sive arborem tantum exprimat.  
 Quare crucem obtinuisse apud He-  
 bræos, qualem nos solemus, nullo satis  
 certo argumento demonstraretur; quan-  
 quam nostræ crucis figuram, quemadmo-  
 dum & supplicium novisse illos vix dubi-  
 tem. Si enim vetera qualibet monumen-  
 ta in marmoribus & nummis sculpta  
 consulantur, quid porrò illa nisi vulga-  
 rem crucem exhibent? Lucianus diem  
 dicit literæ T eo nomine, quòd figurâ suâ  
 crucis ideam Tyrannis suffecerit (y); Vete-  
 resque Patres passim Jesu Christi Crucem  
 lite-

o Deut. 21. 22. 23.

\* Josue 8. 29. & 10. 26. 27.

p Jo. 19. 31.

q 2. Reg. 21. 8. 9.

r Prov. 30. 17.

s Herod. l. 2. c. 121.

t Vide Petron. Satyr.

u Valer. Max. l. 6. c. 2. ext. tern. 3.

x Es Lignum, arbor.

y Lucian. in judicio vocal. lite.

literæ T comparant. Nulla est igitur ea  
 de re ambigendi ratio.  
 Narrant Rabbinj nunquam apud illos  
 commissum fuisse, ut fontes apud arbo-  
 rem viventem, radicibus adhuc & ramis  
 instructam suspenderentur: quippe quòd  
 solemne esset apud illos patibulum unà cum  
 corpore defuncti sepultura tradere [z];  
 quanquam, inquit, id servabatur, ut pa-  
 tibulum non quidem cum corpore, sed  
 in carcere, ubi olim reus detentus fuerat,  
 sepeliretur. Sed hæc Rabbinorum esse com-  
 menta exemplo Jesu Christi, & duorum  
 latronum discimus, quorum in eodem sup-  
 plicii loco cruce sepulta sunt. Si quæ au-  
 tem ratio suppetebat, cur homines apud  
 arbores viventes non suspenderentur, ea  
 potissimum fuisse creditur, quòd arbores  
 illas, & fructus inde provenientes, pol-  
 lutos crederent.  
 Interdum funibus cruci alligabantur,  
 interdum clavibus; Jesus Christus, ac duo  
 Latrones clavibus suffixi sunt; funibus verò  
 alligatum ferunt S. Andream; quò scilicet  
 supplicii cruciatu prorogaretur (a).  
 De numero clavorum Jesu Christi quæstio  
 est anceps; recepta magis, & probata opi-  
 nio quatuor numerat. Solebat Crux eri-  
 gi antequam patientes in eam eleventur,  
 quod maximè probant phrasæ ab Autho-  
 ribus Græcis, & Latinis usurpata huic  
 supplicio designando (b). Dicebant enim  
 elevari hominem in crucem, currere ad cru-  
 cem, suspendere in cruce, ascendere in crucem.  
 Galba candidam crucem cæteris eminenti-  
 orem erigi præcepit suspendendo homi-  
 ni, quem Civitatis Romanæ privilegio mu-  
 nitum esse se clamitabat (c). Bassus Ju-  
 dæum Eleazarum in obfisione Macha-  
 rantis captum, veluti si ad crucem statim  
 damnatus esset, erectam ante se crucem  
 aspicere coegit (d). Ita planè & cum  
 Jesu Christo servatum, ut scilicet ere-  
 ctâ jam cruci suspenderetur, Nonnus (e), &  
 S. Gregorius Nazianzenus (f), quin & pro-  
 bata magis sententia tenent. Si quæ sunt  
 exempla reorum palo sive cruci jacenti  
 vincitorum, uti de SS. Pionio, & Metro-  
 doro Smyrnæ (g) memoriæ proditum est,  
 hoc cum iis quidem servari potuit, qui  
 ad ignem parabantur, atque palis alligan-  
 di erant humilioribus cruce, quæ scilicet  
 unà cum patientis corpore alligato  
 erigi non potuisset, nisi summo dis-  
 crimine ut corporis concussionem & pon-  
 dere fatiscere vincula, ipsamque ad eò cor-  
 pus à patibulo revulsam præcepit ruere co-  
 geretur.  
 SUPPLICIUM LAQUEI.  
 Laquei supplicium præcis Hebræis pla-  
 nè cognitum, aliter sanè apud Rab-  
 binos descriptum est (\*), quam nos eo  
 nomine designemus. Sunt qui de illo di-  
 cum interpretentur, quoties in lege sup-  
 plicium in reos decernitur, nullo tamen  
 certo ejus genere indicato. Infigendi au-  
 tem supplicii hanc tradunt rationem: pa-  
 tientis corpus usque ad genua in fimo de-  
 mergebatur, ac deinde obvolutum collo li-

z Vide Halac Saubedr. c. 15.

a Abdias l. 3. Hsb. Apost. Pro. consul mandata quæstionariis, ut ligatis manibus, & pedibus non clavibus affixis, suspenderet, quo diutino cruciatu deficeret.

b Vide Lips. l. de Cruce c. 7. c Sueton. in Galb.

c Joseph. l. 7. de bell. c. 25. e Nonn. de Chr.

d Nazianz. de Chr. par.

e Alla S. Pionii.

f Nazianz. de Chr. par.

g Alla S. Pionii.

\* Vide, si lubet, Selden. de Synedr. l. 2. c. 23.

neum tandiu in diversa trahebatur, donec  
 fauces miseri precluderet. Sed traditionis  
 neque ex Scriptura, neque ex Josepho no-  
 tæ, suspecta nobis est fides. Legimus etiam  
 post devictum ab Achabo Rege Israel Be-  
 nadad Regem Syriæ, miserum illum Re-  
 gem in extremas angustias redactum ita  
 quosdam affatos: Ecce audivimus, quòd  
 Reges domus Israel clementes sint: ponamus  
 itaque saccos in lumbis nostris, & funi-  
 culos in capitis nostris, & egrediamur ad  
 Regem Israel: forsitan salvabit animas no-  
 stras (b). Quid, rogo, funes illi in ca-  
 pitibus, sive in collo, nisi indicia sive  
 promeriti ab ipsis supplicii, sive in signum  
 præstitæ victori servitutis, & captivita-  
 tis? Achitophel indignus proditor, ejusque  
 exempla sequutus Judas Ischarioth, se ip-  
 sos suspendentes laqueo sibi vitam præci-  
 derunt (i). Principes Israel manu suspen-  
 sos fuisse apud Jeremiam legimus (k), si-  
 ve quòd antea capite fuissent truncati,  
 sive quòd illud supplicii genus excogita-  
 tum fuisset, quò diutius cruciarentur;  
 quemadmodum & cum Martyribus Chri-  
 stianis servatum interdum novimus, ut  
 scilicet manu suspensi, immanique ponde-  
 re pedibus alligato in aere penduli tor-  
 querentur. Hæc nobis dicenda suppetunt  
 de varia ratione crucifigendi, vel suspen-  
 dendi.  
 Cum de homine damnando ageretur,  
 summâ id cautione factum est, juxta Rab-  
 binorum doctrinam; namque post auditos  
 testes & discussam causam, judicium in  
 alterum mane differebatur. Interim Judi-  
 ces in ædes quique suas sese recipientes,  
 parco victu potuque, & abstemij prorsus  
 reficiebantur. Secundum hæc bini, & bi-  
 ni seorsum coeuntes, secundis curis rem to-  
 tam in examen revocabant. Manè autem  
 alterius diei judicium adhuc revocari in-  
 tegrum erat, ita tamen ut qui reum in  
 pervigilio crimine damnaverant, absolvere  
 quidem posset; qui verò de illo absolven-  
 do egerat, mutare sententiam non posset.  
 Si autem prior damnationis sententia con-  
 firmaretur, tunc capitali judicio pronun-  
 ciato, circa solis occasum reus ad suppli-  
 cium trahebatur. Feralem pompam præ-  
 cedebat adequitans præco, elatâ voce edi-  
 cens: Vir iste tali, vel tali crimine reus  
 damnatur: si quis aliqua pro illo habet,  
 accedat. Si fortè aliquis compareret, sta-  
 tim dato signo à præcone reus reduce-  
 batur. Gemini è Prætorio Judices mise-  
 rum ad supplicium deductum semper com-  
 itabantur, ut si quid haberet ipse reus  
 pro se, sedulo audirent dijudicarentque.  
 Reducere autem reum quinque permis-  
 sum erat.  
 Hæc Judaicæ pietatis descriptio in Mis-  
 nâ facta bellè quidem rem explicat, nisi  
 veritate, & sinceritate careret. Ad libitum  
 enim & de industria excogitatum com-  
 mentum videtur, cujus ne vestigium qui-  
 dem apparet sive in Sacra Scriptura, si-  
 ve apud præcos Judæos. Contraria quin  
 etiam omnia in Talmud leguntur. Ductus  
 ad supplicium miser sacramento se à cri-  
 mine purgat, testes accusationem retra-  
 hant;

h 3. Reg. 20. 30. 31.

i 2. Reg. 17. 230. Matth. 27. 5. Act. 1. 18.

k Lament. 5. 12.